

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De aduocatis. Capvt XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Sexta γὰρ ὁ φίλαλμῶν ἀποστέρα. καθάπερ
ἀργυρά μοῖς ἀγαθός διαφέτω τὰς φύσεις:
Nam (vt ait Cassiodorus) non facile erroris
vitio sordefit, quem doctrina purgauerit, cō-
tra ignorantia iudicis est calamitas innocētis.

Quartum, nec accipiat munera, quia τὸν θύ-
σοντα in iā δὲ λαθόφους οὐδενὶ τοιούτοις.

Iudicior pe-
cunia cor-
nū.

Si in aures Iudicis, vel aduocati susurrex-
pecunia, Orphei lyra, carmen Amphionis,
Musa Virgilii, voce pecuniae suffocantur.

Quid piura, vbi nummus loquuntur, Tulliani
eloquij tuba raucescit: vbi nummus militat,
Hectorae militiae fulgora compescuntur: vbi
pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculea:
nummus vincit, nummus regnat, nummus
imperat viriueris.

Iustinus Authēt. coll. 2. tit. 2. nou. 8. in praefac-
tione, vult iudices, καθάποτις χρῆσθαι τοὺς Χρῆστοις.

Neque tantum ipsi puris manibus iudices
esse debent, sed latronibus præterea, & depe-
culatoribus infelli, vt sint instar Pelichi sta-
tua, cuius erat ea vis, vt fures res, quasi in-
iecta remora retinereret: testatur Euclates apud
Lucianum, in Philopseid.

Veritas ge-
stare a sū-
mo Ledaorū
facerdote.

Quintum, vt sit magnus veritatis amator,
quam idcirco summus Iudorum sacerdos ad
cor impressam gestabat, cum hac inscriptione;
Veritas, & illustratio.

Personarū
acceptio fu-
gienda.

Alexandria, καὶ δηλωσιν τὸν ἀναθημάτων
καλλιστον, καὶ διαπετίσατον εἰς τῷ τὸν φυχῆς
ηγεμονίᾳ.

Sextum, vt non animaduertat personas, sed
res: τὸν φύσιν τῷ πραγμάτων ἀπλασον, καὶ
γυνών ὄρεα: Alienum te à personis omni-
redde in Iudicio (inquit Hieron. ad Damasc.)

Septimum, vt misericors sit in pauperes,
θεού, καὶ φιλανθρωπιαν διαταγμάτων τηρεί.

Iudicior am-
tequāfer-
rent ente.
Solem.

Octauum, vt sua potentia utatur, ad suble-
uandas, non opprimendas hominum miseria, si que in dignitate ciuilis, & moderatus;
Μὴ καθάπερ εἰς τοὺς γυμνικοῦς ἀγῶνας καλα-
ωγχραλαζεῖν τοὺς ἐλάτης τοὺς διωάμε-
σιν.

Nonum, vt in decernendo non sit præceps,
Cuncti sor. εἴσεδε, t. qui iudicat de salute.

Lib. 2. cap. 1. const. Apost. Τὰς κρίσεις οὐ-
χερνονομητρεῖς ποιεῖσθαι, πλεοσιν ἡμέρας
τιὰ Solem ποιεῖται τὸν δέρατιν, μετὰ συμβολίς πολ-
λεστα. ήτοι οὐ παραπέτασμα. Θέμενος. τελευταῖ-

ον ὅριον, καὶ Φῦφον θεατὰς διμέλαν εἰς φ' ρέπει
πρὸς οὐδενὸν ἑταῖρας τὰς χεῖρας διαμαρτύρεται
ἀθανάτοις ὑπάρχειν τὰς άμυνας Θεοὺς θεοθράτας.

Ad summum, sit innocentias templum, tē-
perantiae sacrarium, ara iustitiae, ab sit à iudi-
cariis mentibus aliquid prophānum.

De aduocatis.

CAPUT XIX.

Pητόρων nomen apud Græcos cōmune fuit
ijs, qui caussas agerent, & à Latinis Patro-
ni, Oratores, Causidici, Aduocati etiam
postremo sunt nominati: quanquam Aduo-
catus apud veteres dicebantur, non qui cau-
sal ageret, sed qui amico litiganti præfici-
tam, assiduamque sectationis operam com-
modaret, vt actorum testis esset, idemque ad-
iutor pro virili.

Ductum inde opinor, quod rei, vel vt mi-
sericordiam mouerent, vel vt potentiam o-
stantarent suam, quamplurimos amicorum
aduocare, ijsdemque stipati in forum produc-
solebant. Declarat hoc epilogus Lysiae, pro
Micia.

Οὐκ ἐτόλμαντο δικασταὶ οὐδὲ τίνας δικα-
μένας, οὐδὲ οὐδὲν ἀνατίθεμα. Τοὺς προ-
σκόδοτων, οἱ μὲν αὐδραγάθες αὐτοὺς παρα-
χόντες, καὶ μεγάλων τὸν πόλιν ποιήσαντες οἱ
τῷ πόλεμο τεθνάσκον, &c. in quibus estendit
senillos habere aduocatos, quod omnes pro-
pinqui, pro patria dimicantes occupabant.

Inde latius suo vocabulo, aduocati plu-
rumque nominantur quilibet affectatores,
quaes Marci Antonij aduocatos intellexit
Tullius, & Philipp. satellites nempe, qui ipsi
stipabant, & fortibus viris, ad senatum omnes
obspiebant vias.

Puto eos apud Arbitrum audacius inter-
pretari. Aduocatorum nomen, qui pro furi-
bus, & spoliatoribus vestis accipiunt, hoc loco
inducti.

Aduocati tamen iam penè nocturni, qui
volcabant pallium luctificare, flagiabant, vt
apud se viraque deponerentur. (Nam de Asse-
cis, & spoliatoribus potest intelligi.)

Sed quoquo modo se res habebat, tandem
proprium, & familiare nomen aduocati, pene
caussarum actores remansit.

Magna fuit eorum apud Græcos, maximè
verò Atheniensis claritas; siquidem in hoc e-
loquentiæ regno ἐπιτοξιστικοὶ, vi in mali yēti domi-
nañam.

Aduocato-
rum laus. bantur. Et certè egregij patrohi omnem com-
mendationem meretur: nec mirum, si insigni-
bus honorum titulis, in Imperatorum consti-
tutionibus ornantur: sic enim habet Theodo-
sius, & Valentinius nouella de postulando.

Digni omnibus honoribus habeantur, qui
Aduocati esse meruerint. Quo enim honore
imparces esse credimus eos, qui vita, & elo-
quentia recipiuntur. & priuatum commodis
deseruent.

Petri Damiani. Beatus Petrus Damiani, in sermone de re-
surrectione Domini, eorum honorificè me-
minit his verbis.

Quæ gloriose vocis confisi munimine, la-
psa erigunt, fatigata reparant, non minus pro-
vident humano generi, quam si clypeis, &
thoracibus se se, patitamque defendant.

Quæ verba videtur ex Leonis, & Antho-
mij Imperatorum honorifico illo de Aduo-
catis elogio desumptis, quod legitur Codicis
lib. 2.

Cod. l. 2. tit. Aduocati, qui diu in ambigua facta
caussarum, suæque defensionis viribus, sèpè
publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigunt, fa-
tigata reparant, non minus prouident huma-
no generi, quam si prælijs, arque vulneribus
patriam, parentesque feruarent, neque enim
solos nostro imperio militare credimus, qui
gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed
etiam aduocatis. Militant namque caussarum
patroni, qui gloriose vocis confisi munimi-
ne, l. borantium spem, vitam, & posteros de-
fendunt.

Gregor. Quamobrem nec immeritò, inter cætera
Synag. honorum insignia concessum vrbis consisto-
par. 3. l. 49. rialibus aduocatis legimus, vt doctos iuue-
**de actioni-
bus.** ntes, in virtuote iure doctoris laurea ornarent,
vt ab illis honoris esset initium, quos prædi-
pua quadam gloria prærogativa dignos om-
nescenserent.

**Synesius in
epist. ad
Ivan.** At verò, si aduocati neglecto officio sint
indicti, clamosi, iniusti, rapaces, splendorem
istius nominis, pessimis sortibus inquinant:
Tales sunt, quos Synesius describit: οὐ πρωτα-
γεῖ ἀνθρώποις, καὶ παμπονηγα, καὶ οὐδὲν δύ-
νεις ἀλλὰ ληδός, καὶ κακοφράστην εἶδότα,
Homulos impudentes, in omnibus pre-
stos, atque peruersos, cōnicatores, malorūq; architectos.
Et Aristophanes portentoso verbo φέρει:

Ἐν φενογαλατώρες νομινat, quasi mis-
eros, & in omnes calumniatores, liuumque con-
farcinatores diceret.

Contra hos sanctorum virorum iaciuntur **Bernardus**,
fulmina: Nam D. Bernardus vbi Eugenij Pa-
pa aures ab huiusmodi hominibus derret. **z. de consi-
deratione.**

Hi sunt, inquit, qui docuerunt linguas suas
loqui mendacium; diserti aduersus iustitiam,
eruditæ pro falsitate: sapientes sunt, vt faciant
malum, eloquentes, vt impugnant verum.

Et Petrus Blensis,

Hodie soli auaritiæ student Patroni cau-
sarum, atque illud venerabile nomen, & glo-
riosa profilio, notabili yenalitate vilescit.

**Carolus magn. in
capitul. de** Carolus magnus, in capitulari de pace, hu-
ijsmodi aduocatos à iudicijs submouendos
monet:

Praui Aduocati tollantur, & vice domini,
& vicarij, & centenarij, & tales elegantur, qui
sciant, & velint iuste caussas discernere, & ter-
minare.

Claudius Imperator, insigni adnimaduer-
sione Aduocatorum licentiam coecuit, cùm
vnum ex istis Iudæum Gallicum, (vt est apud
Dionem, malim tamen cum Zonaria legere,
Iulium Gallicum) in Tiberim præcipitari ius-
sits.

ΙΣΛΗΔΕ ΤΙΤΩΝ ΓΑΛΛΙΚΩΝ ΕΠΙΤΟΠΙΩΝ ΔΙΚΗΝ ΠΟΤΕ Dion. l. 10.
λέγοντος Κλαύδιος οχιεστές ἐκθεσευεν αυ-
τὸν, εἰς τὴν Τίβεριν μετελθόντας.

Vnde Domitij Afri, patroni reorum, suo
tempore præstantissimi iocusscius auxilium,
cum quidam imploraret, à Gallico destitutus,
Quis tibi indicauit, inquit, me natuarem Gal-
lico meliorem esse? quasi veller dicere, nemini
iniustæ caussa patrocinium suscipiendum, ni-
si natando se confideret, Claudi Imperatoris
seueritatem evasurum.

Primum igitur hoc in patrono non frustra
requiritur, vt sit vir bonus, quod præstabit: si
quod vno verbo dixit Cassiodorus in Varijs.

**Iudicantis animum portet ad subiecta cogni-
torum:** pudoris enim sustinere iacturam nef-
icit, qui se prius iudice corrigitur.

Eluceat autem in primis amor veritatis, nā D. Aug. ep.
si ex mendacio lucrum faciat, in clamandum, 54.
quod ait D. Augustinus.

Redde, quod acceperisti, quando contra veri-
tatem steti, iniuritati adfueristi, iudicē fefel-
listi, iustā causā oppressisti, de falsitate cīstī.

Deinde fides in clientem, sine villa suspici-
one præuaricationis.

Tertio, incorrupta quædam generositas,
quæ istam sanguinariam, & de miserorumyis-
ceribus pastam eloquentiam perpetuo auctorise-

l. iii. 2 tur.

*Ludouici XII de Ad-
uocatis di-
cuntur.*

*Litis cala-
mitas.*

*Aduocati-
dotes.*

tur, nec tam lucro, quam honestati, & misericordum, maximè vero pauperum utilitatibus, seruat.

Quarto, dexteritas quædam in regendis, & maturitas in conficiendis negotijs, ne quod Ludouicus XII, aiebat, quemadmodum cedentes corium dentibus, sic lites ille distendat: quod mileros saepe exclamare cogitur, quod

incertus ille author, in poëmatे de lite:

Q dira lites! ô iurgia dira Deorum!

Q swijs, greboque, sate! mortalia semper

Corz inud, diro laniatu corda secantes.

Acedat deinde oportet egregia supellex, scientiæ, iurisque cognitio, sine qua adiuvatus, rabula potius dicendus est, quam Patronus.

Anastasius Cæsar prohibet quempiam cōsortio aduocatorum associari, antequam per statuta tempora, legum eruditioni, noscatur inhabuisse.

In concilio vero Basiliensi, vetatur, ne ante studium legum impensum per quinquennium, in aliqua nominata academia quispam Bachelareus legum, vel iuris Cæsarei fiat, vel Pontificij, vel nominationem obiineat, exceptis filiis natis ex utroque parēte nobili, qui bus sufficit triennium, quod ex constitutione Regis Ludouici XII, cautum est, anno 1512, artical. 8. nunc autem permulti sunt adiuvati ciuii, quam coquuntur Asparagi, quos merito quisitūlās rīas ἀγενῶν, καὶ φυχοφρούρων ἐπόστεν, dixerit.

Anfrerius præterea in stylo Parlamenti, desiderat in adiuvato gestum maturum, yulum latum, moderatam humanitatem, curiam formam, iræ temperamentum.

De Scientia patroni.

CAPUT XX.

Eloquentiae comes est in Patrono scientia, de qua præclaras habet monitiones Polseunus noster, in sua bibliotheca, quas hic obiter peistringemus.

Cognitio imprimis necessaria sunt (inquit) iuris origo, Acquitas, partitio legum, & legallum librum, iurisconsultorum veterum ingenia, interpretum, qui sequunt lunt, labores, qualitas, cautiones adhibendæ.

Ordo Iurisprudentia addiscende.

V T primo diuina, ac æterna lege cognita, Decalogus quæ lex amoris est, lex ab ipso Deo data, legum in hoc est, Decalogus probè noscatur. Vt num typus vis Christianæ legis, quam è cœlo deuulit æ. Et prima terna patris sapientia, quæve legem natura iurisperit, & alias impleuit, non tam intelligatur, rum liber, quam diligatur, & alijs, vt (æquissimum est), præferatur.

Tum ad leges duodecim tabularum accedant, de quibus ait M. Tullius i. de Orat. Bibliothecas me hercule omnium philosophorum vias mihi videntur 12. tabularum libellus, & auctoritatis pondere, & utilitatis vberitate superare.

Inde ad Romanas veteres leges transcant, quæ ab alijs collectæ sunt post Pomonium, & eiusmodi reliquos.

Mox ad Iustiniani institutiones, ac demum, ad reliquias ciuili corporis partes veniant.

Sic vero sine circuitione, aut ambagiis, inspectabunt in id se uer, quod optimum est, memores illius, e. afflatu diuino. David Rex pronuntiavit Cognoui, inquit, Domine, ne iustitia quoniam aequitas iudicia tua. Et illius. Diuina ani-lex illuminat oculos. Et eurus illius, et ac est u- lunas as Dei, (an)tificatio vestra.

Tum vero, ubi auctores per paucos, & probatos, attentè, & mature perlégerint, jam uitatores ad publica negotia, & tribunalia accedent, memores præfertim & patriæ, quam Scipi non habemus hic stabilitam, sed in cœlo, & iurisprudenti illius Tribunalis, cui omnes aliquando ius sistemur.

Non erit autem, cur aliquis nouos hæretici corum libros de Iurisprudentia verset, qui à iurisprudentiæ elegantioris specie ornati (cum in ijs sacerdotiis lateant spinæ heresim, & impietas, julii hostis solerit adolescentum animos, à recto plementique abducere.

Hoc ipsum, quod in Axiomaticorum est sacramento hic commendandum, χονονικὸν ἔναιτη ἀγία τε θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Corporis ciuilis vniuersalis partitio.

CAPUT XXI.

*H*Ac ubi delibauerit, sciat studiosus ciuile corpus, quod in Europæ Academijs euia-

num